



**Ivsti Baronii Veteracastrensis SS. Th. Et I. V. D.
III[ustrissi]mo Arch[iepisco]po Moguntino à Consilijs.
Epistolarvm Sacrarvm Ad Pontificem Max. Et Amplissimos
Cardinales &c. Libri VI**

Baronius, Justus

Mogvntiae, 1605

Epistola IX. III[ustrissi]mo Et Rev[erendissi]mo D. Philippo Electo Episcopo Wormatiensi Jvstvs Baronivs Veteracastrensis S.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70614](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70614)

EPISTOLA IX.

ILL^{mo} ET REV^{mo} D.PHILIPPO
Electo Episcopo Wormati-
ensi

JUSTVS BARONIVS VETERA-
castrensis S.

SItam libenter à te susceptus est Episco-
patus Wormatiensis, Ill^{me} & Rev^{me}
Princeps, quam libenter eundem ego tibi
collatum audiui, sane in magnum vtrinque
gaudium concurrimus. Est enim ea digni-
tastanta, ut D. Ambrosius alicubi exclamat:

^a *Nihil in hoc seculo excellentius sacerdotibus, a S. Ambro-*
nihil sublimius Episcopis reperiri posse. Et pau- ^b *in Patorali*
lò ante. ^b *Honor inquit, & sublimitas Episco-* ^b *Ibidem*
patis nullis poterit comparationibus adqua-
ri. Si Regum fulgori compares, & Principum,
diademati, longè erit inferius, quam si plumbi
metallum ad aurifulgom compares. Quippe
cum videoas Regum colla & Principum, sub-
mitti genibus saecordorum, & deosculata eorum
dextra orationibus eorum se credant cōmu-
ni. Sed & Apostolus huic Excellentiae satis
luculentum præbet testimonium, cum ait:

^c *Episcopatum qui desiderat, bonum opus desi-* ^{c i Tim 3.8.}
derat. Opus ^d *(inquit D. Hieronymus) non dñe*
dignitatem, laborem nō delicias, opus per quaon ^d *Pauli locis.*

A a humi-

humilitate decrescat, non fastigio intumescat.
 Sed quam longe ego te ab huiusmodi ty-
 pho alienum noui III^{me} D^{ne} tam dignum
 iam diu arbitratus sum, qui & priuatis tuo-
 rum in me beneficiorum meritis, & publi-
 cis virtutum in omnes præstantissimum
 suffragijs astipulantibus, ab excelsa supre-
 mæ prælaturæ Sede, ad celissimam supre-
 mæ gubernationis Ecclesiasticæ speculam,
 inter marmoreas diuinæ domus columnas,
 & serenissimos Romani Imperij Principes
 eueherere & connuinerarere. Vbi scilicet
 & digno honore coruscates, & ampliorem
 pietatis sapientiæq; tuæ in rebus longè ma-
 ximiis exercendæ copiam obtineres. Quam
 voti mei summam ita feliciter nuper in te
 adimpletam fuisse, & gaudeo ex animo, &
 tibi toto pectore gratulor: nec tibi solum,
 sed & ouibus tuis, & afflictissimæ Ecclesiæ
 Wormatiensi, que ut lilyum inter spinas mo-
 do hac modo illac compuncta & lacerata,
 dudum tui similem Principem desiderauit,
 qui & spinetis huiusmodi aculeos defrin-
 gere, & lilijs suis latam pietatis auram suf-
 flare posset, non exemplis minus vber, quam
 præsidio firmissimus, & doctrina fœcudus: quam
 ego potissimum huius Præsulatus lau-
 dem puto. Nam sicut Senatorem chlamys
 ornat, sicut agriculturam rusticum, sicut barba-
 rum arma, sicut nautam navigationis peritia
 est su-

o Cant. 2. 3.

*J. Ambros.
in Pastoral.*

Et singulos quosque opifices operis sui qualitas,
 ipsos demonstrat auctores: si Episcopum non a-
 liter nisi Episcopalis operatio designat, ut ex
 bono opere magis quam professione nescatur
 plus meritis esse Episcopus, quam quod nomine
 vocetur. Alioqui ^g Ecclesiae Principes, qui in ^{g S. Hieron.}
 deliciis affluunt, & inter epulas atq; lascivias ^{in ca. 2. Ma-}
 pudicitiam seruare se credunt, propheticus ser- ^{chea.}
 mo describit, ^h quod ejiciendi sint despatis do- ^{C. Ecclesiae}
 mibus, lautisq; conuinis, & mulio labore epu- ^{dicit 35.}
 lis conquisitus, ^b & ejiciendi propter malas cogi- ^{h Michæa.}
 tationes, & opera sua. Et si vis scire, quo ejici-
 endi sunt, Euangelium lege: ⁱ in tenebras scili- ^{i Matth. 23}
 cet exteriores, ubi erit fletus & stridor denti- ^{13.}
 um. An non confusio & ignominia est, Iesum
 Crucifixum, magistrum pauperum, atq; esu-
 rientem, farris prædicare corporibus? ieiunio-
 rumq; doctrinam rubentes buccas, tumentiaq;
 ora proferre? Si in Apostolorum loco sumus,
 non solum sermonem eorum imitemur, sed con-
 versationem quoque, ^j & abstinentiam ample-
 flamur. Hæc ego tanto fidentius ad te, Ill^{me}
 & Rue^{me} Princeps, quanto sanctioribus te
 moribus vitam tuam ad hæc regulam com-
 ponere scio. Dominus Iesus te Sacro Apo-
 stolorum collegio ascriptum, indies magis
 magisque sapientia adaugeat, valetudine
 corroboret, successu firmer, omni denique
 spiritus munimine cingat, quo cōceptæ de
 te spei cumulatissime respondeas, atq; Ec-

A a 2 clesiæ

clesiæ Catholicæ statum florentiorem, exulum calamitatem tolerabiliorem, famam tuam plurimis seculis diuturniorem efficas. Vale. Mogun. 16. Cal. Junij. M. DCIV.

EPISTOLA X.

*IVSTVS BARONIVS VETER
racastrensis A.S.E.H. SPD.*

PLVRIMVM affecit Patres nostros tua in scribendo humanitas, gratumq; magis ipsis quam molestem fuit, suum abs te in hoc præsertim officiorum genere desiderari studium. Optant vnicè, crebrius scribas, haustisque acidulis, quas saluberrimas tibi mecum precantur, præsens colloquare: humanissimo præsertim ac doctissimo illi *Mulhusino*, cuius genium delibasti iam olim, gustares plenius, si anchoram hic aliquandiu tuam figeres. Sed video pulsum remorum tuorum: ah non satis felicem Esto: non præternauigabis tamen, quin illa *xa-*
gæquata & wæxwætæ atque vngues ulcerum vestrorum cominus salutes, & leui velitati uncula periclitere. Erit hoc illis longe iucundissimum, tibi vero ut lissimum: quem virum doctum & prudentem imperitis nugis tamdiu adhærescere, non pauci mirantur, plures dolent. Sed quis no-

uit,
op
ar
tes
fid
qu
m
nu
lu
qu
cu
fe
ci
n
b
d
n
f
g
z
f
l